



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 61. Croia Albaniae Metropolis ab Amurate obsessa

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

mare, & etiam Religio nullum fructum  
caperet.

secul. XV.  
A.C. 1451.

§. LXI.

*Croja Albanicæ Metropolis ab Amurate  
obsessa.*

**E**a tempestate cum Scanderbegus recuperatis Patris sui ditionibus persæpe Turcas profligasset, & Amuratem, ut obfidionem Crojæ, quæ Albanicæ Metropolis est, solveret, compulisset, is frustratæ expeditionis tædio victus, ad Zechitas Turcarum Monachos in Asia minore sese recipere decrevit, reliquos vitæ suæ dies in pace transacturus. Verum iræ suæ, ac vindictæ cupidini imperare nescius, atque insuper a Janifaris suis stimulatus, imperii gubernacula resumpsit, sinistro tamen eventu; quamvis enim omnes suas vires collegisset, cunctasque artes exhausisset, ut Scanderbegum opprimeret, nihilominus semper ab eo profligatus est. Tandem ira magis ac unquam alias efferatus, junctis omnibus viribus Crojensem urbem altera jam vice cingere statuit. Verum nec secunda hæc obsidio melius quam prima cessit.

Chalron. l. 9.  
ante fin.  
Piranz.  
l. 22. in fin.  
Barlet. in  
Scand. vita.

§. LXII.

*Turcarum Imperatoris obitus.*

**R**ubore itaque suffusus, priusquam in publicum procederet, ad tentoria sua

U 2 omnes